



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum ira sit grauior, quàm odium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

pra repi. Et nunciam
tem quidem semper
se exhiberet, quia ip
sam iram respicit, a in
tiam lo causam uindi
ctae praecipere uero
non semper se exhibet,
quia moderamē
ira praecipit lo fac
eret, quod non sem
per accidit. Idcirco
rō est cā ira, inquan
tum nuntiat. Et est cā
miseria diuis, in qua
tum scipit mo lera
do. Et quia nuntiare
necessario concurrat
ad iram & temp. pē
pere aut nō, sō in cor
pore articuli ex quo
to Ethic. dicitur, qd hu
manus est punire qd
manietum ēē ex hac
ra dice uerificat. Ver
ba autem literae acci
pienda sunt specifica
tue, ita qd, inquan
tū iratus nō totaliter
audit imperium rōnis,
determinat cōdō
nem, secundum quā
ira subtrahibilis est
imperio rōnis, q. n.
opposita hēnt fieri
circa idem, secundum
eandē cōdōnem, ita
nata ē obedire & nō
obedire, moderamē
suscipere, & nō susci
pere sub imperio rō
nis, ac si dixisset, qd
ira inquantū subest
rōni nūtant, est ab
ea inquantum uerō
subest rōni moderat
ti, scilicet ab ea, ita qd
ratio ex illo actu sedat
iram, qui pot audiri
ab irato, ob cuius nō
auditionem de iratō
nō totaliter audire
imperium rationis.

¶ **Præ.** Ira est appetitus uin dicitur, concupiscētia autem maxime est appetitus delectabilium secū dū ta tum, scilicet uerū, & uenerorū: hec autē n sunt magis naturalia homini, quam uin dicitur, ergo concupiscētia est naturalior, q ira.

SED CONTRA est, quod Phil. dicit in 7 Eth. * quod ira est naturalior, quā concupiscētia.

RESPON. Dicendum, qd naturale dicitur illud, quod causatur a natura, ut patet in 2. Physic. * unde utrum aliqua passio sit magis, uel minus naturalis, considerari non pot, nisi ex causa sua. Cā aut passiois, ut supra dictū est *, dupliciter accipi potest. Vno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte subiecti. Si ergo consideretur causa ira, & concupiscētia ex parte obiecti, sic concupiscētia, & maxime ciborum & uenerorū, naturalior est quā ira, inquantum ista sunt magis naturalia q uindicta. Si autem consideretur causa ira ex parte subiecti, sic quodammodo ira est naturalior, & quodammodo concupiscētia. Potest enim natura alicuius hominis considerari uel secundum naturam generis, uel secundum naturam speciei, uel secundum complexionem propriam indiuidui. Si igitur consideretur natura generis, quā est natura huius hominis, inquantum est animal, sic naturalior est concupiscētia, quā ira, quia ex ipsa natura communi habet homo quādam inclinationem ad appetendum ea quā sunt conseruatiua uitā, uel secundum speciem, uel secundum indiuiduum. Si autem confi

deremus naturam hominis ex parte speciei, scilicet, inquantum est rationalis, sic ira est magis naturalis homini, quā concupiscētia, inquantum ira est cum ratione magis quā concupiscētia. unde Philosophus dicit in quarto Ethicorum. * quod humanius est punire, quod pertinet ad iram, quā mansuetum esse: unumquodque enim naturaliter insurgit contra contraria & nociua. Si uero consideretur natura huius indiuidui secundum propriam complexionem, sic ira naturalior est quā concupiscētia, quia scilicet habitudinem naturalem ad irascendum, quā est ex complexione, magis de facili sequitur ira, quā concupiscētia, uel aliqua alia passio. Est enim homo dispositus ad irascendum secundum quod habet cholericam complexionem. cholera autem inter alios humores citius mouetur. assimilatur enim igni. Et ideo magis est in promptu, ut ille qui est dispositus secundum naturalem complexionem ad iram, quod irascatur, quā de eo qui est dispositus ad concupiscendum, quod concupiscat. & propter hoc Philosophus dicit in septimo Ethicorum. * quod ira magis traducitur a parentibus in filios, quā concupiscētia.

AD PRIMVM ergo dicendum, in homine con

A siderari potest & naturalis complexio ex parte corporis, quae est temperata, & ipsa ratio. Ex parte igitur complexionis corporalis naturaliter homo secundum suam speciem est non habens superexcellentiam neque iram, neque alicuius alterius passionis propter temperantiam suae complexionis. alia uero animalia secundum quod recedunt ab hac qualitate complexionis, ad dispositionem alicuius complexionis extremam, secundum hoc etiam naturaliter disponunt ad excessum alicuius passionis, ut leo, ad audaciam: canis, ad iram: lepus, ad timorē, & sic de aliis. Ex parte uero rationis est naturale homini & irasci, & mansuetum esse, secundum quod ratio quodammodo tauat iram, inquantum nuntiat causam irae, & quodammodo sedat iram, inquantum iratus non totaliter audit imperium rationis, ut supra dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod ipsa ratio patinet ad naturam hominis, unde ex hoc ipso, quod ira est cum ratione, sequitur quod secundum aliquem modum sit homini naturalis.

AD TERTIVM Dicendum, quod ratio illa procedit de ira, & de concupiscētia ex parte obiecti.

ARTICVLVS VI.

Utrum ira sit grauior quā odium

AD SEXTVM sic proceditur. **Vt**, quod ira sit grauior, q odium. Dicitur enim Prou. 28. qd ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: odium autem quandoque habet misericordiam, ergo ira est grauior q odium.

¶ **Præ.** Maius est pati malum, & de malo dolere, quā simpliciter pati, sed illi qui habet aliquem odio, sufficit quod ille, quē odit, patiat malum. irato autem non sufficit, sed querit quod cognoscat illud, & de illo doleat, ut dicit Philosophus in 2. Rhet. * ergo ira est grauior quā odium.

¶ **3 Præ.** Quanto ad constitutionem alicuius plura concurrunt, tanto uidetur esse stabilis: sicut habitus permanentior est, qui ex pluribus actibus causatur, sed ira causatur ex concursu plurium passionum, ut supra dictum est, * nō autē odium. ergo ira est stabilior, & grauior quā odium.

SED CONTRA est, quod Augustinus. * in regula, odium comparat iram uero festuca.

RESPONDEO. Dicendum, quod species passionis, & ratio ipsius ex obiecto pensatur. Est autem obiectum irae, & odii idem subiecto, nam sicut odians appetit malum ei, quem odit, ita iratus ei, contra quem irascitur, sed non eadem ratione, sed odians appetit malum inimici, inquantum est malus, iratus autem appetit malum eius, contra quem irascitur, non inquantum est malum, sed inquantum habet quan

ar. 4. ad 3.

¶ Super quā quadragesimo articulo sexto.

2. 2. q. 159. ar. 4. & mal. q. 12. ar. 5.

c. 4. nō remota. rati. to. 6.

ar. i. huius q.

In regula 37. to. 1.

¶ Ad hoc dicitur, qd hic est sermo de malo illi, sed formaliter, scilicet sub ratione mali, & in hoc differt odium ab ira quia

quia ira malum respicit indutum iusti vindicativae rationem: odium autem malum nudum secundum se & licet sit impossibile appetitum prosequi per se malum appetenti, non tamen est impossibile appetitum per se prosequi malum contrario: nullus enim operari ad odium ad malum sibi, sed bene ad malum contrario: hoc autem fit in odio, non primum.

A r. 2. huius q.

In eodem sexto articulo in responsione ad primum, dubium occurrit circa id, quod de odio dicitur, quod insatiabile est, infinitum est, videtur enim hoc falsum, primo, quia contingit odio habere aliquem quod ad aliquid, puta praerelationem, vel potestatem super se, & velle ei solum hoc malum, scilicet privationem illius. Secundo, quia contingit odio habere aliquem solum quod ad excessum in aliqua re, puta, quod ad excessivas divitias, & velle ei solum hoc malum, ut non sit tantum dives. Tertio, quia contingit odio habere aliquem quod ad vitam, ita quod velit ei mortem; & tamen non velit ei alia mala, puta, infirmitates, mala, genera mortis, & similia. Non ergo odium est insatiabile & infinitum, sed mensuratum habet obiectum. Ad hoc potest dupliciter distingui, primo de odio abominacionis & inimicitiae: secundo, de odio inimicitiae simpliciter, vel secundum quid, & dicit quod odium insatiabile, & infinitum est odium inimicitiae simpliciter, quia scilicet persona non secundum quid, sed simpliciter odio habetur: & quod de huiusmodi odio loquitur Scriptura, loquitur Aristoteles, loquitur author. obiectiones autem sunt de odio abominacionis vel secundum quid: sed quia ratio in littera adducta militat pro omni odio, scilicet, ea quae secundum se appetuntur, sine mensura appetuntur, ut patet inductivae in avaro, in infirmo, &c. & ex r. Politicor. ideo aliter dicendum videtur, quod differentia inter iram & odium in hoc, attenditur secundum ipsum proprium obiectum: ira quod proprium obiectum odij non habet per se mensuram: & si habet, hoc est per accidens. Proprium autem

Ca. 6. a medio illius, tom. 5.

Cap. 4. circa fin. to. 6.

In corp. art.

dam rationem boni. sicut estimat illud esse iustum, inquam est iudicativum: unde etiam supra dictum est, quod odium est per applicationem mali ad malum: ira autem per applicationem boni ad malum. Manifestum est autem, quod appetere malum sub ratione iusti, minus habet de ratione mali, quam velle malum alicuius simpliciter. Velle enim malum alicuius, sub ratione iusti, potest esse etiam secundum virtutem iustitiae, si praercepto rationis obtemperetur: sed ira in hoc solum deficit, quod non obedit rationis praercepto in ulciscendo. unde manifestum est, quod odium est multo deterius & gravius, quam ira.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in ira & odio duo possunt considerari. sicut ipsum quod desideratur, & intentio desiderij. Quantum igitur ad id, quod desideratur, ira habet magis misericordiam, quam odium: quia enim odium appetit malum alterius secundum se, nulla mensura mali satiatur. Ea enim quae secundum se appetuntur, sine mensura appetuntur, ut Philo. dicit. I. Polit. sicut avarus divitias: unde dicitur Eccles. 12. Inimicus, si inveniatur tempus, non satiabitur sanguine. Sed ira non appetit malum, nisi sub ratione iusti vindicativae: unde de qua malum illatum excedit mensuram iustitiae secundum estimationem irascens, tunc miseretur. unde Philo. dicit in 2. Rhetor. quod iratus, si fiant multa, miserebitur: odians autem pro nullo. Quantum vero ad intentionem desiderij, ira magis excludit misericordiam, quam odium: quia motus irae est impetuosior propter cholerae inflammationem. unde statim subditur, Impetum concitati spiritus ferre quis poterit?

AD SECUNDUM ergo dicendum, quod sicut dictum est, Iratus appetit malum alicuius, in quantum habet rationem iusti vindicativae: vindicta autem fit per irationem penae. Est autem de ratione penae, quod sit contraria voluntati, & quod sit afflictiva, & quod per aliqua culpa inferatur; & ideo iratus hoc appetit, ut ille cui nocendum inferret, percipiat & doleat, & quod cognoscat per iniuriam illatam sibi hoc provenire. Sed odians de hoc nihil curat: quia appetit malum alterius, in quantum huiusmodi non est autem verum, quod id de quo quis

obiectum irae habet per se mensuram: & si in aliquo casu forte non habet, hoc esset per accidens: proprium obiectum irae est vindicta, quae cum respiciat offensam receptam, manifeste per se includit proportionem, sicut secundum apparentiam irati ad offensam, ac per hoc per se in mensura consistit. Proprium autem obiectum odij inimicitiae est sola persona: odij autem abominacionis res. quicquid autem habetur sine persona, sine res, sine excessus, secundum se refutatur, & abnegatur ab affectu: ac per hoc non secundum aliquid sit: & secundum aliquid non: & rursus, ac per hoc non in ordine ad aliud cui committeretur, & propterea infinite insatiabiliterque refutatur. Nec obstat quod ipsum odium habitum mensuratum quoddam est, puta, certus gradus potentiae, certus praesentiae, &c. hoc enim est per accidens. Quicquid enim, & quantumcunque sit illud quod odio habetur sine mensura, refutatur, quia in se mensuratum sit: obicitur enim odio quicquid obicitur, ut quoddam totum, & non ut certa mensura ab aliis differat. Propter quod non sufficiens signum distinctionis odij ad iram accipiunt Confessores, ex hoc, quod ponentes dicit se non appetisse, nisi certum malum his, quos odisse se dicit: stat enim, & frequentissime cum appetitu certi mali odium abominacionis, quod dicitur quodque in idem cum odio persona secundum quid: cum enim odio habetur persona secundum aliqua bonam conditionem, proprie loquendo, obiectum odij est totum illud non absolute, sed in illa persona, & propterea & persona sub illa conditione, & conditio in persona odio habetur: & saluatur odium abominacionis simpliciter, & odium inimicitiae secundum quid, aliquo modo, pro quanto scilicet personae oppositum malum desideratur.

tristatur, sit peius. Injustitia enim, & imprudentia cum sint mala, quia tamen sunt voluntaria, non contristat eos quibus insunt, ut dicit Philosophus in 2. Rhetor. AD TERTIUM dicendum, quod id quod ex pluribus causis causatur, tunc est stabilius, quam causa accipiuntur unius rationis, sed una causa potest prevalere multis aliis: odium autem provenit ex permanentiori causa quam ira: nam ira provenit ex aliqua commotione animi per laesionem illatam, sed odium procedit ex aliqua dispositione hominis, secundum quam reputat sibi contrarium, & nocivum id, quod odit: & ideo sicut passio citius transit, quam dispositio, vel habitus; ira citius transit quam odium: quamvis etiam odium sit passio ex tali dispositione proveniens. & propter hoc Philosophus dicit in 2. Rhetor. quod odium est magis insanabile, quam ira.

ARTICULUS VII.

Utrum ira sit ad illos solum, ad quos est iniustitia.

AD SEPTIMUM sic procedit. Videtur, quod ira non solum sit ad illos, ad quos est iniustitia. Non enim est iniustitia hominis ad res irracionales: sed tamen homo quandoque irascitur rebus irrationalibus, puta, cum scripor ex ira percussit penam, vel eques percussit equum. ergo ira non solum est ad illos, ad quos est iniustitia.

2. Prater. Non est iniustitia hominis ad seipsum, nec ad ea quae superius sunt, ut dicitur in 5. Ethico. sed homo quandoque; sibi ipsi irascitur, sicut penitens propter peccatum: unde dicitur in Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare. ergo ira non solum est ad quos est iniustitia.

3. Prater. Iustitia, & iniustitia potest esse alicuius ad totum aliquod genus, vel ad totam aliquam communitatem, puta, cum civitas aliqua laesit: sed ira non est ad aliquod genus, sed solum ad aliquod singulare, ut dicit Philosophus in 2. Rhetor. ergo ira non proprie est ad quos est iniustitia, & iniustitia.

SED contrarium accipi potest a Philosopho in 2. Rhetor. *

RESPOND. Dicendum, quod sicut supra dictum est, ira appetit malum, in quantum habet rationem iusti vindicativae: & ideo ad eosdem est ira, ad quos est iniustitia, & iniustitia. Nam inferre vindictam, ad iniustitiam pertinet: laedere autem aliquem, pertinet

Art. 4.

Ca. 3. no. 1. a. 5. r. 6.

Cicero lib. 5. tom. 5.

Cap. 4. n. 1. a. 5. r. 6.

2. q. 158. ca. 5. Lib. 5. Or. hodo. 6. ca. 1. p. 6.

Superius

Lib. 5. ca. 1. p. 6.

Cap. 5. ca. 1. p. 6.